



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 8. Vicecomes Ventimilliensis Episcopus Romam veniens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
fati Legati Mantuani, ea tamen lege, ut mox post Sessionem Patres deliberent de observando alio ordine in dicendis sententiis, ut prolixitas vitetur, & omnis contentio procul arceatur: insuper petiit, ut dein, priusquam de fidei articulis, qui restant, agatur, omnino de reformatione pertractetur: quod omnibus placuit.

## §. VIII.

*Vicecomes Ventimilliensis Episcopus Romam veniens.*

*Pallav. l. 19. cap. 17. n. 1.* Interea Vicecomes Ventimilliensis Episcopus Romam delatus summo Pontifici suas literas tradebat, ac negotium sibi demandatum exponens de habita a Synodi Patribus agendi ratione, necnon de variis, quibus agitantur, affectibus eundem certiore redderebat, simulque enarrabat media, quæ ad superandas cunctas difficultates tam Legati, quam Episcopi Sedi Apostolicæ addicti adhibenda censuissent. Pontifex quinto post die, seu tertia Januarii habito Purpuratorum Senatū se agendi rationem, quam sui Legati exhibuerunt, acceptam, ratamque habere demonstrabat, studiumque Lotharingii Cardinalis pluribus deprædicans Cardinalibus præcipiebat, ut inter se conferrent circa articulum de Institutione Episcoporum, eo quod

quod tum hic magis, quam ceteri ur-geret: quapropter ipsemet Pontifex cunctis hisce deliberationibus intererat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

§. IX.

*Duo Cardinales a Pio IV. creati.*

Die sexta Januarii tribus Sacris Re- gibus sacra, quæ Pontificiæ co- ronationis anniversaria erat, Pius IV. duos Præsules Cardinalitia decorabat purpura, quorum primus erat Fridericus Gonzaga Herculis Cardinalis Ne- pos, ac Mantuani Ducis Frater, qui na- tus erat Anno Domini millesimo quin- gesimo quadragesimo, ejusque Paren- tes extiterunt Fridericus I. Mantuanus Dux, & Margarita Paleologa Montfer- ratensis Ducissa: porro idem nomina- batur Cardinalis Presbyter titulo S. Ma- riæ Novæ. Alter erat Ferdinandus Medicæus Cosmæ Florentiæ Ducis Fi- lius, ac Joannis Cardinalis Frater.

Ciacon. vit.  
Pontif. t. 3.  
pag. 945.  
Pallav. n. 2.  
Es 3.  
Psal. p. 367.  
Raynald.  
hoc ann.  
num. 10.

§. X.

*Papæ consilium Bononiam eundi, ut Synodo magis vicinus esset.*

Altera die septima Januarii summus Pontifex Friderici Gonzagæ ele- ctionem Friderico Mantuano signifi- cabat, simul eidem declarans, quod brevi Bononiam venturus esset, ut ibidem Religionis negotiis prospiceret, cum spera-

Pallav. capi  
12. n. 3.